



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

D. Ioannis Ivsti Lanspergii Carthvsiani, Natione Bavari, Opvscvla Spiritvalia

ab ipso Autore partim Latinè, partim Germanicè euulgata

Landsberg, Johannes Justus

Coloniae Agrippinae, 1630

Exercitium ad cor Iesu quotidie seruandum quod. Cap. LIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45857](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45857)

Exercitium ad cor Iesu quotidie seruandum quod.

CAPVT LIII.

Exercitium mentale prebreue ad cor Iesu serua quotidie, atque eiusdem figuram circa ostium cellae, ut primum sit, quod ingredienti exeunti, ve occurrat, teneas. Nunquam illud absque reuerenti & deuoto osculo prae-
 rias. Osculans illud, benedicas, dicendo: *Benedicta sis pissime Iesu sanctissima uoluntas, cordis tui, fac ut mei cordis nunquam ab ea discordet uoluntas.* Item: *O Iesu benignissime, aufer à me cor pessimum meum, & da mihi pro illo aut cor tuum, aut cor nouum secundum cor tuum, cor amantissimum, fidelissimum, purissimum, compatientissimum, misericordissimumque, quod tu simplices, in te absorbeas ac vnias.* Item: *Salue cor amantissimum, misericordissimum & fidelissimum, Domini mei Iesu Christi, trahere cor meum intrate, & gratia tua, inde emanet in me, ut perpetuo inseparabiliterque tibi agglutinetur ac vnias in.* Vide Pharetram diuini amoris, & libros Infuuationum diuini amoris, hoc est, S. Getrudis è Saxonia, & plura inuenies exercitia.

Cauenda ut sit praesumptio omnis, & quod in Dei sola sit misericordia sperandum.

CAPVT LIV.

Periculosa est tentatio religiosorum, si quando se gratiam aliquam accepisse putant à Deo quam non habent, vel maiorem existimant hanc esse, quam est. Inde enim incipiunt alios despiciere, & de se nimium sentire. Propterea homo quando se à Domino aliquid accepisse cognouerit, debet quidem gratias esse: sed non praesumat quod tam magnum sit, sicut ipse putat, quin potius seipsum ignoret: imo semper se de superbia & ingratitude, & negligentia suspectum habeat & iudicet, timeatque quod minus humilis sit quam debet, & inde minus gratus & acceptus Deo, quam si haec non haberet: cum tamen debet tunc è contrario esse magis gratus. Putet se quidem à Deo multa recepisse, uerum eadem Dei dona, sua quoque accedia malitiaque in se destructa gemat. *De donis Dei superbi-ge, quam sit stultum & vanum.*
 Vide inter te & ea quae Dei sunt, & vide quae tua sunt, & quid ex te sis, num occasionem inuenire queas aliquam superbiendi, aliosve despiciendi: praesertim nullam. Illa enim in quibus uelis gloriari, uel praesumere, tua non sunt, sed solum accommodata, & reuerenda à te etiam cum uisuris, quando is qui tibi accommodauit ea, uoluerit. Si pauper & mendicus, pretiosa uerimenta à diuite accepit, non est propter illa ditior, gloriosior, uel melior, quia ipse non sunt: sed est ille idem mendicus, etiam si purpura & serico alieno uestiretur. Vanissimus igitur esset, si propterea ceteris pauperibus insultaret, si se praeferreret, quia cras cum